Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054

Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

premiorum ad tui honoris augmentum eo plenius exhibitionis (·i· prima) allicimur quo (·i· pro)
clara tua nos et ecclesiam Romanam devotione perfulgens promissorum conside
ratione promereris attolli nominis titulo dignitatis. Tuam itaque personam
primo prosequentes affectu / eamque intendimus favore apostolice gratie prove
here te Cappellanorum nostrorum consortio duximus aggregandum ut tanto
libentius deinceps cultum bonitatis intendas quanto exhibitus tibi
honor potioris omnis maturitatis importat quatenus facilius perho
admirationi poteris dante domino promoveri Datum etc.

Supra eodem pro alio recepto in Capellanum domini pape.

Admittens virtute laudabilium meritorum gratum nimis te representas effectibus cum nostrorum vendices apostolice favoris augmenti ad te
igitur specialis benivolentie consideracionem habentes tuam intendimus honora
re personam et nonnullis tum quod affectione primum prosequimur oportunis provi
nisi gratia confirmari. Ut igitur eo devotius in eius insistas obsequiis
quo loco huiusmodi apud sedem apostolicam te senseris digniorem te Ca
pellanorum nostrorum consortio duximus aggregandum discretionem tuam per apostolica
scripta mandantes quatenus sic studeas meritis meritis et virtutes
attribuere virtutibus quod tibi celeste premium a nobis potiora beneficia
merearis Datum etc. xxiii.

Supra eodem pro alio.

Fame decore virtutum studiis quibus prudenter invigilas constitutus
adeo immaculatus laudabilium suffragio meritorum quod dignum reputamus
et debitum quod devotorum familiarium quorum probitatis letamur personam tuam
veluti bene merita premiis et gratiosis affectibus efficiamur honoremus. His
itaque debita consideracione compensatis te Capellanorum nostrorum consortio duximus
aggregandum ut deinceps tamquam noster Capellanus apostolice favoris et gratie
presidia sortiaris / Sic itaque mentem et actus tuos ad salubria dirigas
quod pro honore tibi exhibitum divine gratie te constituas aptiorem
et reddas dignitatem apostolice sedis gratiam promoveris Datum etc. xxiiii.

Supra eodem pro alio recepto in familiarem pape.

Quoniam devotorum familiarium probitate letamur libenter illos ad per
paciam nostre familiaritatis admittimus prout quibus honestas morum et
laudabile testimonium suffragantur / quosque hic demonstrimus erga nos absque
quovis devotionis effectum horum itaque in personam tua consideratione ha
bita te clericorum et familiarium nostrorum cetui aggregamus. Volentes quod
illis proinde gaudeas commodis atque favoribus quibus alii clerici do
mestici et familiares nostri gaudent nostri Datum etc. xxv.

Supra eodem pro domicello recepto pro platum.

Desideramus viros nostris aggregare consiliis qui circa latus nostrum
scientie luce resplendeant et morum honestate clarescant. Hec itaque in
venerabili viro Magistro G. dilecto et devoto nostro experti rei experientia
cognoscentes ipsum in familiarem nostrum recepimus et aliorum consiliariorum
nostrorum consortio aggregamus. Volentes ut extunc tamquam consiliarius
familiaris noster ac tamquam de nostro retentus hospicio habeat ubilibet
Et proinde favorabiliter ab omnibus prosequatur et illis honoribus favori
bus prerogativis privilegiis gaudeat quibus qui sunt de nostro consilio xxvi.